Quaestio Medica Cardinalitiis exagitanda disput. die Jov. 3a Junii Praeside D. Claudio Bazin Doct. moder. prudentiss.

An Excretorum Immodicè potius quam Retentorum graviora sint Symptomata?

Cum affectuum solis partibus inhaerentium à causis tam internis, quam externis excitatorum numerus pene infinitus vix capi debeat; eorum tamen maxima pars ab excrementorum pravitate & necessario proventu dum immodicè aut cohibentur, aut excernuntur, quod facultatum (quarum una laedi potest altera incolumi) retentricis aut expultricis vitio eorum quae vacuantur quantitati molestae ductuum, meatuumque nimiae facilitati, aut difficultati tota adscribenda est.

Ideoque dum suis excrementitiis per proprios ductus, venasque, suturas illis etiam crassioribus evaporandis à natura efformatas, cerebrum cedere non desinit agat, parcius aut plus intro se condat, apoplexiam ventriculorum eius sedes cerebri lethalem morbum, epilepsiam, paralysim, sive partis ~~sit~~ vitio insistentem destillationes pituitosas à quibus anginas frequentes, αἱμορραγίας praeter naturam etiam criticas, animi defectus, & syncopas atque convulsiones (quas febre superveniente curantur) periculosas tum excretionem, tum retentionem immodica parit.

Non aliter si ex pectore (ad cuius solius motum moventur pulmo fluxionibus maximè obnoxius) sputum si statim non prodeat, pleuritis (cui catharsis non occurrendum) in peripneumoniam cum diarrhoea periculosam, empyema aut phthisim cum febre inenarrabilem transit: sic cum excernuntur, aut sistantur (quod fit in principio) suppurati (in quibus pus album bonum ex laborantium malum) si semel confestim per pus offensae moriuntur, raroque evadunt haemoptoici cum ex διαβρώσει multus sanguis (quod supra febrem malum) fluxerit.

Eademque de causa finium vomitus sanguineus multus naturalis diarrhoea peior, cholera morbus ferox, lienteria ventriculi peior quam intestinorum affectus, volvulus non solum ilei morbus pertimescendus, dysenteria ab utraque bile perniciosa, diabetes rara quidem, sed semper periculosa, mensium immodica profusio aut suppressio, hydropis (in quo tussis malum) causa, sed utraque majoris periculi quam feminis est. Haemorrhoides insanientibus salubres, melancholicorum propriae & arthritis ab internis nata.

Huic porro fuliginosa à toto habitu prohibita excretio & diffusio materiae febrium in quibus ex somno timor aut convulsio, malum. Sudores sive suppressi, sive nimii imbecillitatis indices, alias denique tum retentiones, tum excretiones esse immodicas malas. Sed cum peccans materia facilius evacuetur, quam quod semel depositum est restituatur, aliis viribus satisfacientibus, temporeque vires dissoluta ab illis quas hic majora et plurimum sentiuntur incommoda, & periculosiora symptomata indiquum.

Ergo Excretorum Immodicè potius quam Retentorum symptomata graviora.

Asserebat Petrus Ponsonus Provincialis. Anno. 1593.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE